

unum non amoveo, scriptorem utique te nihil, non
 nihil nuper fuisse donatorem. antiqui axis nempe
 pretiosa rubiginis, cujus a nihilo estimatio recedit,
 quantum ab incude distat. Sed commentum subito
 scribenti subit. Quid pro illis opibus exigere a me
 vel expectare potuisti, nisi vicariam operam. at
 unde illa mihi suppetere, pertinacissimis vita vicariis
 nihil sedulo curantibus, nisi illud unum ne fiant
 nihil? Ergo penes me, quod et hic referrem nihil
 fuit. et est denique nihil; quoque certus sis in nihilum
 nihil posse reverti, ego nihil manifestum nihil in
 nihilum ecce video, et ut capi reddo nihil, quae sunt
 verba, ago nihil, quae sunt gratiae, rogo nihil, quod
 est frustra: nempe ut me ames, qui porro audivit
 nihil quod in me amantem tui desideres, apud Casta-
 vellum disputa, amante nimirum te ut nihil
 magis. Haga Com. 29. Nov. 1634.

Humanissimo Wicquefortio, qui me
 officis onerat et beneficiis, nihil a me
 dici cupio: id est salutem gratiasque
 verbis aulicis, quae in thesibus et
 antithesibus nihili ignave omisit
 maximi Mystae Nichilistae.

Puteano.

Puteane, dic, per omnes te deos oro, Quobbarum qui
 prosperas amando, cur savus in Hugonem cur
 iniquus es? Non possum uti molliari verbo; savus et
 iniquus es, qui ex aduatore me exeres, et in re tali
 fidem meam tentas, qualem si frater a me aut
 pater postulent, neque dem confectam ullam industriam
 neque serio negari credam. Mauritium Principem
 frustra Quobbarus allegat. Sub Frederico Henrico
 sumus, et quam diversa rerum facies! Denique vir
 Amplissimus, facere me jubetis, quod solis Praeulis
 es orientibus obligasse ajunt, in caelum ire. Vel quod
 Archimedi in animo fuisse, terrarum orbem movere.
 Quid si mitius me exagites, et quoties tua causa
 Quobbarus, vel privata rei, adire has regiones velit
 singulos comenatus impeser. Incumbam sane totis
 viribus, ne repulsam feras. et impensam quam
 non dubie isti homines metunt mihi imputabo.
 ut aut Quobbarus tecum fiam, aut certare me
 cum

cum illo sentias, uter impensius Puteano faveat. utri
nominis tanti aeternitas aetiori curae sit. factum alie
num ut praestem, nullo jure adigi possum. De Filia
quod obiter moneo, et quem viduae sorori comitem des
tinat J. Caecilio Puteano, curabitur sedulo. neque
expectabo nisi Matriona nomen, et Caecilii, si qui sunt
functione publicâ, titulos, quos in his Diplomatis videt
impune celes, vel amittas. Deinde et comitatum ut
usque, ne quâ in itinere obhaereant. Purpuram quam
polliceris, non ego ut Austriacam, sed ut tuam expecto
Amice, si amari me ut credam vis. Nihil a te tuorum
exeat, quod me lateat. Sinas, Lectorem tui, si quis usquam
est, mordi. ~~quis~~ amantem, et cum perpetuo stupore
avidum. Argumento sit, quod ipsa tela, quae in
Republicam nostram, quâ tua non displiceas, vibras
alibi non levis manu, colligo patientes tanquam
flosculos, et sepositâ tantisper irâ publicâ conviciis
morderi amo, quia tuis. Sic Eugoniam tuam dilexi, si
purpuram non extimesco. Veniat sane quidquid ejus
scriptorum est; ubi argumento non licebit, Puteano
favebimus, quem sibi patronum (ut et Bilem in formice
agnoscas) quam opportunè nacta est mala causa.
Ecce qui amicus capti, hostis desino, et amari tamen
amicissime hostium postulo; si non alio jure, patet
isto, quo tu, ut dicebam, vel in hostem nimium
saxus, in amicum nimium iniquus es. Scripsi Haga
Com XV. Cal: Jan. 1713 XXXIV.

Typographo nihil nunc repono
quasso dicat excusare occupationum
mearum assiduos rotatus, tuo exemplo.
qui tam clementer de silentio meo
siles.

(206)

L.

de Dieu.

Ad meos pridem, Viri Amplissimos, ad me nuper admodum
reverti: compositis tot rebus, quas absente me Repu
blicas causâ, domi vel turbatas vel neglectas reperire
soleo. Ad amicos igitur etiam nunc revertor, et occur
ris inter primos, qui ignotum, immerentem, inscium,
et optimam, quâ ex ceteris, literaturâ ignotum, eximio
munere denunciare voluisti. Ad illam humanitatem
nihil.